

quidem meum conficerem et ad te aliquando scriberem; tibi autem
 licere, litteris meis habitis, pro arbitrio et legere illas et negligere,
 aut, quoniam illud opinari nequeo, ut prorsus negligeres, qui es
 in omnes, sed ante omnes in me benignissimus, ut reponere et
 5 proferre ^(a) et in dies servare illas et, captatis horis, ad commodum
 legere posses. quamobrem constitueram nuper mecum ut hoc
 tempore, quo vacare nobis a studiis per singulos annos ex more
 licet, aliquid ad te plenius conscriberem, totiusque anni cultum,
 tametsi alias fruges iactum semen afferre soleat, in hoc tempus
 10 tanquam in messem ^(b) conferrem; sed fuit unde propositum meum
 repente turbaretur. confectis etenim anni studiis, cum iam otioso
 animo ad te spectarem, subito signa quedam infectam testantia
 regionem se effuderunt ^(c) ⁽¹⁾, ex qua re plerique qui sanissimi vi-
 derentur consumpti sunt. ego vero, qui michi iandudum per-
 15 suaseram non esse his in locis morandum, protinus inde abii, non
 quidem quo plus ceteris mortem timerem; quid enim diuturnum
 iam philosophie studium ac multa vite experientia contulit, si
 nichil ex metu mortis detraxit, aut, tot ex omni etate morientes
 cum viderim, si modo secedere honeste possit, huic periculo sponte
 20 subesse ^(d) vellem? et scio quidem esse plurimos non modo ex
 vulgo sed et doctos quoque homines, quibus persuaderi ^(e) nullo
 modo possit; apud me vero tam certa res est ut, nisi in vinculis
 haberer aut honesti ratio refragaretur, contineri non possem, ac
 prestitisse ^(f) sibi met mortis causam michi videatur, quisquis mo-
 25 riens infectam habitationem consulto delegerit. mors enim, etsi, ut
 omnibus philosophis videtur, non sit malum, aut, ut seorsum stoicis
 placet, si etiam in bonis habenda, non passim tamen neque temere
 subeunda aut appetenda est, neque, nisi cum magna ratio postulat,
 accersenda. nam, ut turpe est metu mortis inhonestum aliquid

leggere le lettere
 inviategli in qual-
 che ora libera.

A tal intento aveva
 aspettato le vacan-
 ze per raccogliere
 la messe, qualun-
 que essa sia, della
 sua devozione;

ma, terminato appe-
 na l'anno acca-
 demico, una ripre-
 sa della moria lo
 costrinse ad allon-
 tanarsi da Bolo-
 gna.

E ciò fece, non
 perchè più degli
 altri teme la mor-
 te, il che poco
 converrebbe a chi
 si dedichi alla fi-
 losofia,

ma perchè, a dif-
 ferenza di molti
 pur dotti, stima
 reo della propria
 morte chiunque
 perisca volontaria-
 mente là dove in-
 furia il morbo.

Chè se la morte
 non è un male, ma
 anzi, secondo gli
 stoici, un bene,
 l'uomo non deve
 mai cercarla, ma,
 ove il dovere lo
 consenta, fuggirla.

(a) B perferre (b) Codd. mensem. Il revisore di PM, c. 81 n, corr. in messem,
 che pare richiesto dal senso. (c) B effunderunt (d) B superesse (e) P quibus id
 persuaderi (f) B P at prestit.

(1) Le Deliberazioni del senato di Venezia (Misti, reg. 44, c. 68) in data del 24 ottobre 1398, ricordano che, a causa dell'epidemia che allora imperversava a Ferrara, si dovette rinviare il viaggio di due nobili destinati a far da consiglieri al marchese Nicolò III.